

3421 Baulis a. 1869—1873 apud custodem piscinae mirabilis.

M · SABINI · FADI ·
F · HERAE · FABRI · DE · LIB ·
TAVRO RVBRO

Descripsi post alios.

3422 [=2690] extat Neapoli in museo. Eo e museo Danielis illata est, si Guarinio fides.

D M
sic C · ARVLE · RESTITVTI
MANIP · III · LIBERTAT
NAT · AFER · MIL · ANN · X ·
5 VIXIT · ANN · XXX ·
FLAVIVS · MARCEL
LVS · FABER · DVPL · B · M

Descripsi et recognovi. Guarini comm. VIII p. 43; Garrucci class. Mis. p. 66 n. 171; Fiorelli cat. n. 523. Henzen 6880.

7 duae postremae litterae incertae sunt; PERP Guar., H B M F Garr.

3423 [=2689] ab altera parte legitur n. 3427, litteris peioribus scripta. Est Neapoli apud PP. Oratorii Philippini COMVS. Ibidem adhuc. — Brundisii 1747 GVARN. errore.

D · M
· L · AVRELIO FORTI FABRO DV
PLICARIO LIB FIDE NATIONE
SARDO VIXIT ANNIS LII MI
5 LITAVIT ANNIS XXV M · CARI
SIVS FRONTO HERES B · M · FECIT
CVRANTE · ARRVNTIO · PETRONI
ANO AMICO OPTIM

Recognovi. Comus apud Mur. ms. 18, 224, ed. 791, 2. 793, 5 (inde Orelli 3641); Guarnieri ms. inter Pisauraensia; Garrucci cl. Mis. p. 56 n. 121 qui vidit.

3424 [=2691] Neapoli apud PP. Oratorii Philippini COMVS. Ibidem adhuc. — Brundisii 1747 praescribit GVARN., errore puto. 'In museo Borbonico' GARRVCCIVS errore.

D · M · IVLI · ANTIOCHI
FABRI · DVPLICIARI · NA
TIONE · CILIX · VIXIT · ANN · LX
MILIT · ANN · XXV · IVLIA
5 VLPIANE · PATRI · B · M · F

Recognovi. Comus apud Mur. ms. 18, 224, ed. 820, 5; Guarnieri ms. inter Pisauraensia; Garrucci cl. Mis. p. 46 n. 74.

3429 Baulis a. 1873 apud custodem piscinae mirabilis EGO. Iam Neapoli apud dominum Gottfroid SOGL.

M · ANTONIVS
LVPVS
M · ANTONIO
LVPO · GVB · EX · CLAS
5 PR · MISENENSE
PATRI · BENE MER

3425 [=2692] Neapoli in museo I. Vallettae. Pars deinde fuit Florentiae apud Gorium.

D · M ·
C · IVLI · PONTICI fa
BRI · DVPL · CL · PR · MIS
NAT · PONTIC · VIXIT
5 ANN · XLIII · MIL · ANN ·
XXII · IVLIVS · PONTICVS
FILIVS · ET · ANTONIA · CAL
LITYCHE · CONIVNX · H · B · M · F

Bianchini ms.; N. Valletta apud Vignolium p. 294 (ex Vignolio Gori I. E. t. III p. 63 et Mur. 824, 2). Partem quam rectis dedi habuit Gori ediditque I. E. t. III p. 68. Orelli 3639.

1 fin. hiatum non indicant Vign. Gori, indicat Bianch.; LIBR coniecit Orell. — 4...NIS... Gori p. 68. — 7. 8 CAELITYCHE Bianch., LAITICAE Vign. — 8 B·M·P Vign.

3426 ad Misenum rep., deinde Puteolis apud Criscium.

D M
MARCIAE EVHODIAE
VIX · ANN XL · MEN · III
BARBIVS FIRMVS · FABER
5 DVPL · III · DACICO · PATRO
ITEMQ COIVGI · LIBER · OPSE
QVENTISSIMAE ET PIENISSIMAE
B M DE SE FECIT

Descripsi a. 1876. Criscius misit a. 1874.

5 fortasse patro(nus) itemq(ue) coiugi liber(tae) verbis itemque coniugi postea perperam adiectis.

3427 ab altera parte est n. 3423, melioribus litteris scripta. Neapoli apud patres Oratorii Philippini.

D · M
T · IVL · PROCVLI
FABRI · PRINCIPAL
III CONCORDIA · NAT
5 SVR MIL · ANN · XXVII
VIX · ANN · III · C · SAENIVS sic
/// MVLVS · H · B · M · F

Recognovi. Garrucci cl. Mis. p. 61 n. 147.

3428 Miseni rep., deinde Puteolis apud Criscium, ex a. 1858 Neapoli in museo.

D · M ·
sic M · AEMILIO · PVDENTI
GVB · VETRANO · EX · CLAS · PR ·
MISEN · AEMILIA · AMABILES
5 PATRONO · ET · SIBI · ET · LIBERTIS · LIBER
TABVSQVE · OMNIBVS · DEMEDI
VM · MONOMENTI · EMPTVM
FECIT

Recognovi. Bruzzae dedit Criscius; Minervini Bull. Nap. N. S. 7, 72; Fiorelli cat. n. 547.

3430 [=2696] Neapoli antea in museo Capimontano, nunc in publico.

D · M ·
CL · GALLICANVS · DIOCLES ·
VETERANVS · EX GYBERN · BI
XIT · ANNIS · LXXV · M · III · D · XV
5 HORDONIA · PRIMICENIA · COIVGI · ET · CLA
VDIA · POE · FILIA HEREDES BENE · MERE
NTI FECERVNT

Descripsi et recognovi. Zarillus cod. Vat. 9120 f. 406'; Garrucci class. Mis. p. 37 n. 37 cum add.; Fiorelli cat. n. 542. Henzen 6883.

3431 Miseni rep. a. 1857; extat Neapoli in museo.

D M
C IVLIVS CRIS
PVS GVB
CAIAE MATRI
5 B M F

Recognovi. Fiorelli cat. n. 544.

3432 [=2697] Neapoli in museo.

D · M
C · IVL I O
D I O G E N I
GVB · III · HERC
5 C · IVL · DIOGEN
FIL PATRI · BEN
M · F

Descripsi et recognovi. Garrucci class. Mis. p. 77 n. 230; Fiorelli cat. n. 528. Henzen 6882.

3433 in agro Neapolitano rep.

D M
IVLIO · FELICI · NA
AFER · MIL · AN · XIII
G Y B E R N A T O R
5 FLAVIA NICOPOLIS COIVGI
B M F

Garrucci cl. Mis. p. 37 n. 38 a Fiorellio.

3434 [=2698] rep. Miseni a. 1688 una cum marmorea statua viri ornata nauticis instrumentis, acrostoliis et gladio dextro lateri ligato GORI I. Postea Neapoli in museo I. Vallettae, mox apud Andreinum, deinde apud Gorium Florentiae. Nunc ibi in museo publico.

in hemicyclo fracto supersunt pedes
et crura statuae hominis caligati
D I S · M A N
L · PERCENNIO MAXIM
GVBERNATORI · EX · CLASS
PRAETORIA · MISENENS
5 VIXIT · ANN · XXXXVI
MILITAVIT

Recognovi. Vignoli p. 293 describente N. Valletta (ex Vignolio male Mur. 841, 3); Gori I. E. t. I p. 246 ab Andreino, t. III p. 65 (inde Donat. 297, 6) de visu.

Anaglyphum hodie latet in muro.

Descripsi. Dedit item Soglianus.